



Educaguía
.com

LATÍN

TEXTOS DE CÉSAR

1

1. LAS GUERRAS DE LAS GALIAS (I,31)

Eo concilio dimisso, idem principes civitatum qui ante fierant ad Caesare, reverterunt petieruntque uti sibi secreto in occulto de sua omniumque salute cum eo agere liceret. Ea re impetrata, sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt; non minus se id contendere et laborare, ne ea quae dixissent enuntiarentur, quam uti ea quae vellent impetrarent, propterea quod, si enuntiatum esset, summum in cruciatum se venturos viderent. Locutus est pro his Diviciacus Haeduus: Galliae totius factores esse duas; harum alterius principatum tenere Haeduos, alterius Arvernos. Hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse uti ab Arvernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur.



2

2. LAS GUERRAS DE LAS GALIAS (I,32)

Qua oratione ab Diviciaco habita, omnes qui aderant magno fletu auxilium a Caesare petere cooperunt. Animadvertisit Caesar unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere quas ceteri facerent, sed tristes, capite demisso, terram intueri. Eius rei quae causa esset miratus, ex ipsis quaesiit. Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere. Cum ab his saepius quaereret neque ullam omnino vocem exprimere posset, idem Diviciaus Haeduus respondit:



3

3. LAS GUERRAS DE LAS GALIAS (I,54)

Hoc proelio trans Rhenum nuntiato, Suebi, qui ad ripas Rheni venerant, domum reverti coeperunt; quos ubi qui proximi Rhenum incolunt perterritos senserunt, insecuri, magnum ex iis numerum occiderunt. Caesar, una aestate duobus maximis bellis confectis, maturius paulo quam tempus anni postulabat in hiberna, in Sequanos, exercitum deduxit: hibernis Labienum praeposuit; ipse in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus est.

